



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Prophetia Apocalyptic S. Joannis Apostoli

Kircher, Heinrich

Coloniæ Agrippinæ, 1676

Verba Apocalypseos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39100

TRACTATUS XIX.

IN CAPITIS XIII. VERSUM XI.

Anti-
christus
propriè
dictus.

Cohæret Visioni Bestiæ prædictæ narratio de Bestia posteriore: quæ crescenti atque invalescenti Mahometano Imperio tandem succedet: ipsa Imperium omnium brutissimum & bestialissimum Antichristianum. Loquitur autem de Antichristo prout dicitur propriè eo nomine ac velut substantivo: nam adjectivè & appellativè dicuntur multi: quæ utraque acceptio nominis habetur I. Joan. 2. v. 18.

VERBA APOCALYPSEOS.

(Cap. 13. Vers. 11.) *Et vidi aliam Bestiam ascendentem de terra: & habebat cornua duos similia Agni: & loquebatur sicut Draco.*

JEcimus fundamentum ex Scriptura in Tractatu præcedente, §. i. quod per Bestias significetur Imperium infidele, vel Imperator utpote qui repræsentat Imperium: ad eum modum quo in Visione Statuæ ethnicæ grandis, Dan. 2. Regnum Nabuchodonosoris & ipse Nabuchodonosor pro eodem explicatur; ut videre est v. 37. de Capite aureo statuæ seu primo ex illis Regnis. sic igitur, & Antichristianum Regnum, appellatur Bestia hæc secunda, & ipse Antichristus, apud SS. Patres.

Alia Be- Dicitur Bestia ALIA: quia diver-

sa est à priore, & illi superventura. Bestia ipse, Ergo hæc jam posterior Bestia, id est cum suo Antichristus cum suo Imperio, ascen- Imperio. det DE TERRA: nam prior Be- stia demari. Dicamus de hujus Be- stiæ posterioris descriptione, juxta prophetiam hujus versus undecimi, super quo tria erunt dicenda: Primo, ex qua terra ascendat. Secundo, quid commune habeat cum Dracone: siquidem loquetur sicut Draco. Ter- tiò, quæ sint cornua quæ ha- biturus est similia Agni.